

10.1.11. *IDEM AA. ET GRATIANUS A. ALEXANDRIANO COMITI RERUM PRIVATARUM.* Ut perspicue colonorum utilitatibus consulatur, decima indictione singulas tantum dependant centesimas, qui redditus domui nostrae debitos quodannis iuxta consuetudinem arcariis tradunt; ita tamen, ut singularum quoque centesimarum ratio semper evidens scientiae tuae digesta referatur; videlicet ut erogationibus cunctis aperta instructione patefactis reliquorum ratio ex centesima possit agnosci. *DAT. VII KAL. OCT. DOROSTORI LUPICINO ET IOVIANO CONSS.* (367 Sept. 25).

III. De actoribus et procuratoribus et conductoribus rei privatae

10.4.1 [=Brev.10.3.1]. *IMP. CONSTANTINUS A. AD PHILIPPUM VICARIUM URBIS.* Si quis ab actore rerum privatarum nostrarum sive a procuratore fuerit vexatus, super eius calumniis vel depraedationibus deferre querimoniam non dubitet. Quae res quum fuerit comprobata, sancimus, ut idem, qui contra provincialem quicquam moliri fuerit ausus, publice concremetur, quoniam gravior poena constituenda est in hos, qui nostri iuris sunt et nostra debent custodire mandata. *DAT. III. NON. MART. HERACLEAE, CONSTANTINO A. III. ET LICINIO III. COSS.*

INTERPRETATIO. Quicumque ab actore dominico vel procuratore fuerit alicuius iniuriae improbitate vexatus, de eorum calumniis vel depraedationibus ad principem convolare debet. Quae res si potuerit approbari, eos, qui circa provinciales talia facere ausi sunt, placuit incendio concremari, quia graviorem poenam principes constitui voluerunt in eos, qui sui iuris sunt et sua debent custodire mandata.

10.4.2 [=Brev.10.3.2]. *IMPP. VALENT. ET VALENS AA. AD SEVERUM VICARIUM URBIS.* Divum Iulianum hoc competentissime decrevisse comperimus, ut actores rei privatae nostrae minime necessitatibus terrentur atque afflicterentur iniuriis, quas saepe numero rectores provinciarum vel arrogatione illicita principalium vel propriis decretis ordinis fieri censuissent. Quod adeo nos probamus, ut ratum esse iubeamus. *DAT. XI. KAL. AUG. MEDIOLANO, VALENTIN. ET VALENTE AA.*

Х.1.11. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН, ВАЛЕНТ И ГРАЦИАН КОМИТУ ЧАСТНЫХ ВЛАДЕНИЙ АЛЕКСАНДРИНУ.* Чтобы интересы колонов были лучше соблюдены, пусть они платят в качестве десятины только одни проценты, уплату которых в счет долга нашему дому они ежегодно в соответствии с обычаем вносят казначею. Однако так, чтобы приведение в порядок учета процентов каждого всегда вверялось только твоей опытности. Очевидно, что издержки, явно связанные с обнаруженным благоустройством, могут быть признаны в счет вычета недоимок из процентов. *25 сентября 367*

4. Об акторах и прокураторах, и кондукторах частных императорских владений

Х.4.1¹. *ИМП. КОНСТАНТИН ВИКАРИЮ ГОРОДА ФИЛИППУ.* Если кто-нибудь будет обижен актором наших частных владений или прокуратором, пусть не колеблется подать жалобу о его клевете или грабеже. Постановляем, чтобы, когда это дело будет проверено, тот, кто дерзнул что-либо предпринять против провинциала, был сожжен публично. Ведь для тех, кто находится в нашем праве и должен охранять вверенное нами, устанавливается более тяжелое наказание. *5 марта 313 (?)*

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Если кто-нибудь будет обижен актором или прокуратором какой-нибудь незаконной дерзостью, пусть обратится к императору по поводу своей обиды или разграбления. Если сможет подтвердить это дело, тех, кто дерзнул произвести такое в отношении провинциала, следует сжечь, так как императоры пожелали установить более тяжелую кару для тех, кто находится в их праве и должен охранять порученное ими.

Х.4.2². *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН И ВАЛЕНТ ВИКАРИЮ ГОРОДА СЕВЕРУ.* Мы узнали, что божественный Юлиан самым подходящим образом установил так, чтобы акторы наших частных владений меньше были устрашаемы принуждениями и притеснялись беззаконием, которое ректоры провинций часто допускали с помощью либо бесчестно присвоенных императорских декретов, либо собственных. Это установление Юлиана

¹ Х. 4. 1 = Бревиарий Алариха. Х. 3. 1 = Кодекс Юстиниана. III. 26. 9; XI. 72. 1.

² Х. 4. 2 = Бревиарий Алариха. Х. 3. 2.

COSS.

INTERPRETATIO. *Iulianum* principem bene ac salubriter statuisse certissimum est, ut actores domus dominicae nullis necessitatibus turbarentur aut fatigarentur iniuriis, quas eis frequenter rectores provinciarum per suggestiones principalium facere consuissent. Cuius facti constitutionem in tantum rationabilem et necessariam iudicamus, ut firmam permanere iubeamus.

10.4.3. *IDEM AA. AD CRESCENTEM VICARIUM AFRICAE.* In negotio criminali per rationalem colonos vel conductores rei privatae nostrae, quorum repraesentatio poscitur, exhibendos esse sinceritas tua cognoscat, in civili vero causa defensorem domus nostrae adesse debere. *DAT. PRID. NON. APRIL. ALTEIO VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.* (370? 373? Apr. 4).

X. De petitionibus et ultro datis et delatoribus

10.10.25. *IDEM AA. AD THEODORUM PRAEFECTUM PRAETORIO.* Cum per Illyrici partes barbaricus speraretur incursus, numerosa incolarum manus sedes quaesivit externas, in cuius ingenuitatem adsidua petitorum solet libido grassari eique illicite iugum servitutis imponere. Igitur praescriptum tua sublimitas recognoscat, ut Illyricianos omnes, quos patria complectitur vel alia quaelibet terra susceperit, petere non liceat. *DAT. III ID. DECEMB. RAVENNAE BASSO ET PHILIPPO CONSS.* (408 Dec. 10).

XII. Si vagum petatur mancipium

10.12.1. *IMPP. VALENTINIANUS ET VALENS AA. AD PROBUM PRAEFECTUM PRAETORIO.* Qui vaga mancipia iuris alieni petunt, si iustitia eadem probant, impetrati beneficii auctoritate potiantur vendendique concessam aliis quam delatoribus habeant facultatem. Si vero aut his qui detulerint distracta fuerint aut ab his qui ante possederint detinentur, non effugiatur ultio, quae est legibus constituta. (1) Sed et dominis propriorum vindicatio competat et eadem poena, quae de occultatoribus et fugitivariis data est, unusquisque teneatur.

настолько нами одобряется, что мы приказываем сохранить его и впредь. 22 июля 365

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Совершенно точно то, что хорошо и целесообразно постановлено императором Юлианом, чтобы акторов императорского дома не тревожили никакие принуждения и не беспокоили беззакония, которые ректоры провинций часто допускали совершать вдобавок к императорским указаниям. Присуждаем, что установленное этой конституцией столь разумно и необходимо, что приказываем сохранить ее силу.

Х.4.3. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН И ВАЛЕНТ ВИКАРИЮ АФРИКИ КРЕСЦЕНТИЮ.* В делах уголовных пусть твоя светлость поддержит наших частных колоннов и кондукторов, чье присутствие потребуется на суде, через рационала, а в гражданских делах следует принять участие дефенсору нашего дома. 4 апреля 370? (373?)

10. О гражданских исках, как обоюдосторонних, так и доносах

Х.10.25. *ИМП. ФЕОДОСИЙ, АРКАДИЙ И ГОНОРИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ФЕОДОРУ.* Когда в районы Иллирика ожидался варварский набег и множество инкол³ просило в качестве помощи чужих убежищ, случалось, что местные жители из корыстолюбия покушались на свободнорожденный статус просителей и незаконно возлагали на них иго рабства. Пусть твое превосходительство расследует вышеописанное, чтобы никто из иллирийцев, кто обрел родину или кого удержит иная земля, не мог жаловаться.

12. Если отыскивается бездомный раб

Х.12.1. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН И ВАЛЕНТ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ПРОБУ.* Отыскавшие бездомных рабов чужого права, если выдадут их правосудию, пусть владеют ими в силу полученной милости и пусть имеют законную как доносчики возможность продать их. (1) Однако, если появится кто-то, кто подаст жалобу о распроданных, или продажа будет остановлена прежним владельцем, пусть не избегнет наказания, которое установлено законами. Но господа пусть получают обратно своих рабов, а та сумма штрафа, которая

³ Инкола - лицо, не имеющее гражданства на городской территории, где он проживает.

DAT. XII KAL. APRIL. TREVIRIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. (368? 370? 373? Mart. 21).

10.12.2. *IDEM AA. AD PROBUM PRAEFECTUM PRAETORIO.* Quicumque habuerit super vagi mancipii postulatione rescriptum, non prius quicumque inquietudinis moliatur, quam facta eius allegatione sollemniter delatorem, a quo fuerit instructus, expresserit; careat etiam, si eum prodere supersederit, fructu et commoditate beneficii. Nec ante aliquis quem poposcerit per manus iniectioem aestimet vindicandum, quam definitiva inter partes fuerit dicta sententia. (1) Has vero cognitiones ad ordinarios volumus pertinere rectores, ut delatoribus primitus in medio collocatis, his etiam, qui quasi vagi sacro nominabuntur indulto, ad iudicia productis, totius causae interna discutiant sollicitaeque ac diligenter interrogent, de quorum dominio fuga vel quo alio genere discesserint qui petuntur, ut is, in quo vitium deprehenderit, ad dominum sub prosecutione revocetur. (2) Si quis etiam vel tributarius reperitur vel inquilinus ostenditur, ad eum protinus redeat, cuius se esse profiteretur. (3) Nihilo minus etiam eo pergat indago, ut cuncta rimando cognoscat, utrum is fuerit petitionis hortator, qui iniquae retentionis invidiam aliquo necesse habuerit colorare velamine ut, si colonos eadem oculere arte quaesiverit, indemnitate sarciat tributorum; si servos, ad eam poenam, quae dudum est legibus constituta, teneatur. (4) Quisquis autem plebeium se adserit esse vel liberum, fide rei ostensa ab omni molestia vindicetur et ad ea loca, ex quibus eum esse claruerit, remittatur. (5) Contra in his, qui aut dominis sine herede defunctis inveniuntur dominos non habere aut servi poenae aliquando facti ac postmodum liberati iudicialibus dominos amiserunt sententiis, postremo in universis, de quibus iniectio manus fisco rite praebetur, munificentiae principali congruus patebit effectus. (6) Sane, quia in petitione deceptis

выплачивается укрывавшими беглых, пусть будет получена с каждого. 21 марта 368? (370? 373?)

X.12.2. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН И ВАЛЕНТ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ПРОБУ.* Всякий, кто будет давать ответ на жалобу относительно беглых рабов, пусть проявит беспокойство не ранее, чем, как установлено этим императорским рескриптом, с соблюдением правовых норм разумеет о доносчике, которым будет извещен; если тот уклонится информировать его, пусть будет лишен права пользования и удобства благодеяния. И пусть разрешит тому, кто требовал, захват наложением руки не раньше, чем между сторонами будет выработано прочное понимание. (1) Мы желаем также, чтобы эти расследования проводились обычными ректорами. Пусть ими будут учтены интересы всех: и подающих жалобы, впервые обратившихся в суд, и также тех, которые будучи приведены в суд под нерушимой священной присягой объявлялись как бы бездомными. И пусть те, кого добиваются, будут внимательно и тщательно опрошены, из-под чьей власти они бежали или какое иное происхождение покинули, чтобы тот, кого уличат в ошибке, был возвращен с сопровождением к господину. (2) Если же кем-либо будет отыскан трибутарий, или обнаружен инквилин, пусть он тотчас передаст его тому, чьим тот себя объявит. (3) Тем не менее пусть не прекращает это расследование, чтобы полностью разузнал все возможное, не будет ли подстрекателем домогательства тот, кто считает нужным прикрыть какой-либо завесой обвинение в несправедливом удержании; если точно будет выяснено, что им спрятаны колоны, пусть возместит убытки податей; если - рабы, пусть подвергнется тому наказанию, которое уже давно установлено законами. (4) Тот же, кто заявит о себе, что он плебей, то есть свободный, после выяснения правдивости дела, пусть будет освобожден от всех беспокойств и возвращен в те места, из которых, как он сообщит, он происходит. (5) Напротив, в отношении тех, у которых появилась возможность не иметь господ или вследствие смерти последних без наследника, или вследствие освобождения их господами на основе судебного решения как рабов, подвергнутых некогда наказанию, наконец, в отношении всех, захват которых по праву осуществляется фиском, исполнение зависит от императорской милости. (6) Конечно, так

effectus. (6) Sane, quia in petitione deceptis convenit provideri, quotienscumque fuerit circumscripta simplicitas, ex delatorum isdem re atque substantia ad eum modum, quem habitae concertationis impendia supputata collegerint postulatique hominis aestimatio comprehenderit, consulatur. *DAT. XV KAL. IUL. TREVIRIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.* (368? 370? 373? Iun. 17).

XX. De murilegulis et gynaeceariis et monetariis et bastagariis

10.20.10. *IDEM AAA. AD HEDPERIUM PRAEFECTUM PRAETORIO.* Edicimus, ne qua mulier splendidioris gradus monetarii adhaerens consortio decus nativae libertatis amittat. Quod si quam ab hac praeceptione statutum nostrae perennitatis abduxerit, ea secundum auctoritatem senatus consulti Claudiani vel legitima admonita conventionem discedat vel, si complexui monetarii putaverit inhaerendum, non ambigat se et liberis praeiudicaturam et eius conditioni esse nectendam. Nihilo minus autem et eas, quae ante legem nostram monetariis videntur esse coniunctae, placuit praedicto titulo conveniri scientes, nisi interdicta coniunctione discesserint, mutasse se statum. (1) Si qua vero originaria seu colona possessionis alienae, ignaro domino seu sciente, monetario adsociabitur, ii conventi mox iuri agrorum debitas personas retrahere festinent vel de cetero sciant repetendi facultatem silentii sui coniventia perdidisse. (2) Sed ut monetario nullam necti volumus, ita et monetario patre susceptas prohibemus extraneis copulari. *DAT. PRID. ID. MART. AQUILEIAE POST CONSULATUM AUXONI ET OLYBRI.* (380 [379] Mart. 14).

10.20.17. *IDEM AA. VALERIO COMITI SACRARUM LARGITIONUM.* Placet, si

как подобает заботиться об обманутых при ведении дела, всякий раз как обманным образом будет использована простота, пусть будут приняты меры, чтобы они получили столько из вещей и имущества доносчиков, какой суммой будут исчислены издержки на ведение дела, с тем чтобы людской жалобе они могли ответить оценкой. 17 июня 368? (370? 373?)

20. О собирателях пурпурных раковин, служителях гинекеев, монетариях и несущих гужевую повинность

X.20.10⁴. *ИМП. ГРАЦИАН, ВАЛЕНТИНИАН И ФЕОДОСИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ГЕСПЕРИЮ.* Мы приказываем, чтобы никакая женщина знатного сословия⁵, вступившая в брачную связь с монетарием, не утрачивала достоинство природной свободы. Ибо если какая-либо уклонится от исполнения установленного этим предписанием, та в соответствии с силой Клавдиева сенатусконсульта или пусть согласно предписанию закона разорвет связь, или, если сочтет, что должна остаться преданной объятиям монетария, пусть не сомневается, что перемена положения ее самой и детей на зависимое предрешена. К тому же желательно, чтобы и те, которые, как выяснится, вступили в связь с монетариями до издания нашего закона, согласились с вышеуказанным постановлением, и если не оставят запретную связь, пусть изменят свой статус. (1) Если же в брачную связь с монетарием без ведома или с согласия господина вступит какая-нибудь оригинария или колона чужого имения, пусть заинтересованные лица поспешат поскорее удержать предназначенных праву полей лиц от этого договора или иначе пусть знают, что способствуя снисходительностью своего молчания возможности продолжения отношений, потеряют ее. (2) Однако, мы желаем, чтобы никакая женщина не вступала в брачные отношения с монетарием, да и монетарию запрещаем сочетаться браком с рожденной посторонним отцом. 14 марта 380 (379)

X.20.17⁶. *ИМП. ФЕОДОСИЙ И ВАЛЕНТИНИАН КОМИТУ ИМПЕРАТОРСКОГО ФОНДА ИМПА...*

⁴ X. 20. 10 = Кодекс Юстиниана. XI. 8. 7.

⁵ По-видимому, из курялов.

⁶ X. 20. 17 = Кодекс Юстиниана. XI. 8. 15.

conchyliolegulorum filiae condicionis alienae nubserint viris, qui ex ipsis fuerint procreati ab eo tempore nexum maternae adscriptionis agnoscant, ex quo promulgatam super hoc cognoverint legem. De his vero, quos ante eam natos esse constiterit, huiusmodi forma servetur, ut, sive conchyliolegulorum seu adscriptorum progenies fuerit colonorum, paternam tantum condicionem sequantur. Si qui vero post legem aut patre conchyliolegulo geniti probabuntur aut matre, memoratae adscriptioni obnoxios se esse non ambigant. *DAT. X KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI HIERIO ET ARDABURE CONSS.* (427 Mart. 23).

LIBER XI

I. De annona et tributis

11.1.7. *IDEM AA. AD SENATUM.* Compertum est pro colonis profugis ad exsolvenda vos fiscalia conveniri. iubemus igitur, si nihil ex eorundem terris senatorum quemquam possidere constiterit, ut nulla cuiquam pensandi pro His qui aufugerint necessitas imponatur. *DAT. V NON. MAI. TAURO ET FLORENTIO CONSS.* (361 Mai. 3).

11.1.12. *IDEM AA. AD FAVENTIUM VICARIUM ITALIAE.* Quisquis ex desertis agris veluti vagos servos liberalitate nostra fuerit consecutus, pro fiscalibus pensationibus ad integram glebae professionem, ex qua videlicet servi videantur manere, habeatur obnoxius. Id etiam circa eos observari volumus, qui ex huiusmodi fundis servos ad possessiones suas transire permiserint. Etiam si militares viri aliquos ex his penes se retentant, conveniendi primitus sunt, ut aut restituant quos perperam petiverunt, aut sciant pro tributis obnoxios se futuros. *DAT. PRID. KAL. AUG. MEDIOLANO VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.* (365 Iul. 31).

11.1.14. *IDEM AA. AD MODESTUM PRAEFECTUM PRAETORIO.* Penes quos

ИМПЕРАТОРСКОГО ФОНДА НАГРАД ВАЛЕРИЮ. Если девушки иного статуса вступят в брак с мужчинами из ловцов пурпурных раковин, следует, чтобы те, кто будет рожден от них, наследовали материнскую приписную зависимость с того времени, как опубликован признающий это закон. Для тех же, кто, как окажется, был рожден раньше этого, пусть будет принято такое правило, чтобы наследовали только отцовское положение независимо от того, будет ли потомство из ловцов пурпурных раковин, или из приписных колонов. Не следует оспаривать, если после издания закона кому-то представится целесообразным считаться или по отцу - ловцу раковин, или по матери, упомянутой зависимой из приписных. *27 марта 427.*

Ê Í È Æ Æ 11

1. Об анноне и трибуте

XI.1.7. *ИМП. КОНСТАНЦИЙ И КОНСТАНТ СЕНАТУ.* Для освобождения вас от уплаты фискальных взносов следует выяснить относительно бегства колонов. Поэтому приказываем, если станет известным, что хоть кто-нибудь из сенаторов не владеет ничем со своей земли, чтобы на них не возлагалось обязанности платить за тех, которые бежали. *3 мая 361*

XI.1.12⁷. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН И ВАЛЕНТ ВИКАРИЮ ИТАЛИИ ФАВЕНТИЮ.* Всякий, кто благодаря нашей щедрости получит с покинутых земель рабов, которые являются как бы бездомными, подлежит фискальным платежам в соответствии с правдивой описью земли, из которой, разумеется, явствует, что на ней пребывают рабы. Мы желаем, чтобы это соблюдалось также и в отношении тех, кто позволяет себе переводить рабов из таких имений в свои владения. Даже если кого-либо из них удержат у себя военные люди, пусть они сразу заключат соглашение, в соответствии с которым либо пусть вернут тех, кого приобрели по ошибке, либо пусть признают себя впредь ответственными за поступление трибута. *31 июля 365*

XI.1.14⁸. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН И ВАЛЕНТ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ МОДЕСТУ.*

⁷ XI. 1. 12 = Кодекс Юстиниана. XI. 48. 3.

⁸ XI. 1. 14 = Кодекс Юстиниана. XI. 48. 4.

fundorum dominia sunt, pro His colonis originalibus, quos in locis isdem censos esse constabit, vel per se vel per actores proprios recepta compulsione sollicitudine implenda munia functionis agnoscant. Sane quibus terrarum erit quantulacumque possessio, qui in suis conscripti locis proprio nomine libris censualibus detinentur, ab huius praecepti communiione discernimus; eos enim convenit propriae commissos mediocritati annonarias functiones sub solito exactore cognoscere. *DAT. KAL. MAI. CONSTANTINOPOLI GRATIANO A. ET DAGALAIFO CONSS.* (366 [372 vel 374?] Mai. 1).

11.1.26. *IDEM AA. VINCENTIO PRAEFECTO PRAETORIO GALLIARUM.* Omni amoto privilegio beneficiorum possessores sublimitas tua praecipiet universos muneribus adstringi, earum scilicet provinciarum, ex quibus orta querimonia est aut in quibus haec retinendae plebis ratio adscriptioque servatur. Nullum gratia relevet, nullum iniquae partitionis vexet incommodum, sed pari omnes sorte teneantur; ita tamen, ut, si ad alterius personam transferatur praedium, cui certus plebis numerus fuerit adscriptus, venditi onera novellus possessor compellatur agnoscere, Cum plebem constet non tam in omnibus praediis adscribendam neque auferendam ab eo, cui semel posthac deputata fuerit. Et cetera. *DAT. XIII KAL. IUL. MEDIOLANO THEODORO V. C. CONS.* (399 Iun. 19).

III. Sine censu vel reliquis fundum comparari non posse

11.3.2. *IDEM A. ACACIO COMITI MACEDONIAE.* Mancipia adscripta censibus intra provinciae terminos distraherentur et qui emptione dominium nanci fuerint, inspiciendum sibi esse cognoscant. Id quod in possessione quoque servari rationis est: sublatis pactionibus eorundem onera ac pensationes publicae ad eorum sollicitudinem spectent, ad quorum dominium possessiones eadem migraverunt. *DAT. III KAL. MART. THESSALONICAE CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.* (327 Febr.

Пусть те, у кого в руках власть над именными или сами, или через своих акторов примут ответственность побуждения к уплате и выполнению обязанностей теми колонами местного происхождения, которые, как будет установлено, включены в цензы⁹ этих самых имений. Разумеется, настоящее предписание не распространяется на тех, у кого есть хоть какое-либо земельное владение и которые записаны в цензовые книги в своих имениях под собственным именем; ведь правильно, чтобы самостоятельные мелкие земледельцы сдавали хлебные подати под надзором обычного экзактора. *1 мая 366 (372 или 374?)*

XI.1.26. *ИМП. АРКАДИЙ И ГОНОРИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ГАЛЛИЙ ВИНЦЕНТИУ.* Поскольку привилегии отменены, пусть твое превосходительство позаботится, чтобы все обладатели льгот несли повинности тех, разумеется, провинций, откуда имеет место жалоба и в которых сохраняется нынешний способ учета подчиненного плебса и приписывание. Пусть оно не будет ослаблено ни под каким предлогом, и пусть никакой ущерб не будет нанесен несправедливостью раздела, но все должны удерживаться равной судьбой, однако так, чтобы, если имение, к которому будет приписано определенное количество плебса, передается другому лицу, пусть новый посessor будет обязан признать тяготы продавшего, поскольку не подлежит сомнению, что во всех имениях плебс не должен ни причисляться, ни отделяться тем, чьим он отныне и навсегда будет считаться. И прочее. *19 июня 399*

3. Имена не могут продаваться без ценза и недоимок

XI.3.2. *ИМП. КОНСТАНТИН КОМИТУ МАКЕДОНИИ АКАЦИУ.* Пусть вписанные в цензы рабы распродают в пределах провинции, и те, кто в результате покупки окажутся обладателями собственности, пусть знают, что им надо иметь это в виду. Разумно, чтобы то же самое соблюдалось и примнительно к имени: утраченные вот такими соглашениями общественные тяготы и платежи пусть ложатся на тех, в чью собственность перешли эти имена. *27*

⁹ ...включенные в цензы = quos... censos esse (Ср.: Codex Justinianus: censitos).

27).

февраля 327

VII. De exactionibus

11.7.2. *IDEM A. D. PACATIANUM VICARIUM BRITTANIANUM.* Unusquisque decurio pro ea portione conveniatur, in qua vel ipse vel colonus vel tributarius eius convenitur et colligit; neque omnino pro alio decurione vel territorio conveniatur. Id enim prohibitum esse manifestum est et observandum deinceps, quo iuxta hanc nostram provisionem nullus pro alio patiatur iniuriam. *DAT. XII KAL. DECEMB. CONSTANTINO A. ET LICINIO C. CONSS.* (319 Nov. 20).

11.7.6. *IDEM A. AD EUSTATHIUM PRAEFECTUM PRAETORIO.* Poost alia: actores ceterique rei privatae nostrae ad solutionem specierum sollemnium debiti vigoris auctoritate cogantur, ne provinciales rei privatae nostrae fatiget immunitas. *DAT. VIII ID. MART., PROPOSITA ROMAE LIMENIO ET CATULLINO CONSS.* (349 Mart. 8).

11.7.11. *IDEM AA. AD FLORIANUM COMITEM RERUM PRIVATARUM.* Omnes provinciis praesidentes iussimus conveniri, ut a rei nostrae conventionem cessarent, ne principales necessitates in publicum proferentes eadem, qua hactenus, in colonos iniquitate saevirent. Illud etiam moderationi adiecimus, ut tripertita esset illatio fiscalium pensionum. Sinceritas tua rationales procuratoresque commoneat, ut, quidquid pro iugatione vel capitatione deposcitur, certantibus studiis devotionis exsolvant. *DAT. VIII KAL. IUN. MEDIOLANO VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.* (365 Mai. 25).

VIII. De distrahendis pignoribus, quae tributorum causa tenentur

11.9.1. *IMP. CONSTANTINUS A.* Quoniam decessoris tui litterae missae ad Proculeianum tribunum et magistrum officiorum continent quorundam provincialium mancipia abducta pro pignore sub officio retineri, eo quod vestes canonicas vel equos minime intulerunt, atque haec mancipia neque dominos solutis debitis recepisse neque alios comparasse, veritos ne haec rescinderetur distractio: iubemus duorum

7. О взимании налогов

XI.7.2. *ИМП. КОНСТАНТИН ВИКАРИЮ БРИТАНИИ ПАКАТИАНУ.* Каждый декурион пусть отвечает и собирает ту долю, которая лежит или на нем самом, или на его колоне или трибутарии; и пусть не привлекается совсем за другого декуриона или территорию. Пусть будет объявлено, что это запрещено, и после этого следует проследить, чтобы после этой нашей заботы никто не терпел никакой несправедливости за другого. *20 ноября 319*

XI.7.6¹⁰. *ИМП. КОНСТАНЦИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ЕВСТАХИЮ.* После прочего: Чтобы льготы не утомили провинциалов наших частных владений, пусть силой власти акторы и прочие лица в наших частных владениях будут побуждены к уплате ежегодных поставок. *8 марта 349*

XI.7.11. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН И ВАЛЕНТ КОМИТУ ЧАСТНЫХ ВЛАДЕНИЙ ФЛОРИАНУ.* Мы приказали всем президам провинций позаботиться, чтобы и они сами прекратили возбуждать судебные дела в отношении наших имений, и чтобы принципалы, собирающие те же, что и до сих пор, платежи в пользу общества, не свирепствовали несправедливо в отношении колонов. К этому постановлению мы также прибавляем, чтобы внесение фискальных платежей было разделено на три части. Пусть твоя светлость напоминает рационалам и прокураторам, чтобы состязаясь проявить свою преданность они выплачивали то, что требуется в качестве поземельной и подушной податей. *25 мая 365*

9. О распроданных залогах, которые были удержаны для обеспечения податей

XI.9.1. *ИМП. КОНСТАНТИН.* В связи с тем, что письма, посланные твоим предшественником трибуну Прокулей и магистру Оффициев, сообщают, что уведенные в залог рабы некоторых провинциалов удерживались администрацией под предлогом того, что они внесли меньше одежд или лошадей, чем установлено податными правилами, а также, что эти рабы и господам, рассчитавшимся с долгами, не возвращаются, и не приобретаются другими, опасаящимися

¹⁰ XI. 7. 6 = Кодекс Юстиниана. X. 19. 4.

mensum spatium ad solvenda debita mancipiorum dominis indulgeri, quo transacto nisi debita fuerint persoluta, firmiter mancipia comparabunt quicumque ad emptionem accesserint. *PROPOSITA PRID. KAL. IAN. CASTULONE SEVERO ET RUFINO CONSS.* (323 Dec. 31).

11.9.2. *IMP. CONSTANTIUS A. AD EGNATIUM FAUSTINUM PRAESIDEM BAETICAE.* Si quis fundum vel mancipia ob cessationem tributorum vel etiam ob vestium auri argentique debitum, quae annua exactione solvuntur, occupata convento debitore et aput iudicem interpellatione celebrata, cum solutio cessaverit, sub Hasta distracta comparaverit, perpetuam emptionis accipiat firmitatem, cum, si minoris forte persona fuerit inserta, necesse sit quempiam legitimae defensionis indiguisse persona praesertim cum ad iuris etiam praesentis et veteris aequitatem illud quoque indulgendum esse ducamus, ut scilicet par condicio etiam in hac pignorum capione servetur, quae ob fiscale debitum fuerint occupata nihilque intersit, utrumne officium summae rei vel procuratoris an certe rector provinciae id quod debitum fuerit deleget, si etiam in hac debitores forte cessaverint, condicione iuris expressa. *DAT. PRID. ID. DECEMB. FELICIANO ET TITIANO CONSS.* (337 Dec. 12).

XI. Ne damna provincialibus infligantur

11.11.1 [=Brev.11.5.1]. *IMPP. VALENT. ET VALENS AA. AD PROBUM PF. P. ILLYRICI.* Si qui eorum, qui provinciarum rectoribus obsequuntur, quique in diversis agunt officiis principatus, et qui sub quocumque praetextu muneris publici possunt esse terribiles, rusticano cuiquam necessitatem obsequii, quasi mancipio sui iuris imponat, aut servum eius vel forsitan bovem in usus proprios necessitatesque converterit, sive xenia aut munuscula, quae canonica ex more fecerunt, extorserit, vel sponte haec, quae improbata sunt, oblata non refutaverit,

как бы эта распродажа не была объявлена недействительной: приказываем предоставить господам рабов для выплаты долгов двухмесячный срок, по прошествии которого, если долги не будут полностью погашены. пусть без колебаний рабы достаются любому, кто бы ни решился на покупку. *31 декабря 323 XI.9.2*¹¹. *ИМП. КОНСТАНЦИЙ ПРЕЗИДУ БЕТИКИ ЭГНАЦИЮ ФАУСТИНУ.* Если кто-нибудь при задержке внесения податей или внесения причитающихся одежд, золота и серебра, которые выплачиваются при ежегодном сборе, займет по договору с должником имение или рабов и сделает это общеизвестным при помощи иска у судьи, а когда тот промедлит с платежом, приобретет продаваемое на торгах, пусть покупка приобретет вечную прочность. Если в этом окажется замешано несовершеннолетнее лицо, когда станет необходимо, чтобы кто-нибудь потребовал его законной защиты, в особенности когда это разрешается равенством как современного, так и старого права, мы полагаем, что также и во взимании этих залогов, которые берутся из-за долга фиску, разумеется, пусть сохраняется равное положение. И пусть не имеет значения, сделает ли ректор провинции распоряжение об уплате того, что будет должен, в ведомство общих дел или прокуратору. Если же окажется, что должники станут медлить в этом, пусть с них будет получено применением права. *12 декабря 337*

11. Чтобы провинциалам не причинялось ущерба

*XI.11.1*¹². *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН И ВАЛЕНТ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ИЛЛИРИКА ПРОБУ.* Если кто-нибудь из тех, кто служит под началом ректоров провинций либо заняты на различных должностях при императоре, под предлогом каких-либо общественных повинностей проявит жестокость и станет по своему усмотрению под предлогом какой-либо необходимости облагать поселянина обязанностью, подобной выполняемым его собственным рабом или уведет его раба или, быть может, быка для собственного пользования и нужд, или станет вымогать подарки и мелкие услуги, которые даются по обычаю, или не отвергнет приносимых по собственному почину, которые, следовательно, необходимо отвергнуть, и отнимая все средства доведет до

¹¹ XI. 9. 2 = Кодекс Юстиниана. IV. 46. 3.

¹² XI. 11. 1 = Бревиарий Алариха. XI. 5. 1 = Кодекс Юстиниана. XI. 55. 2.

sublatis omnibus facultatibus ultimo subiugetur exitio, et nihilo minus rusticanum, qui se in eiusdem operas sponte propria detulisse responderit, par poenae severitudo constringat. Eadem vero circa eos censura servetur, qui xenia aut munera deferri sibi a possessoribus cogunt aut oblata non respuunt. *DAT. PRID. KAL. OCT. AGRIPPINAE, VALENTIN. ET VALENTE AA. COSS.*

INTERPRETATIO. Si quicumque ex his, qui provinciarum rectoribus coniunguntur aut militant, vel qui agunt in diversis officiis principatus, vel quicumque sub occasione publici actus videntur esse terribiles, rusticano alicui necessitatem servitii, velut sui iuris mancipio imposuerint, aut servum ipsius aut bovem in sui operis utilitatem transtulerint, sive xenia aut quaelibet munera crediderint exigenda, vel si oblata non recusaverint, ultimo exitio deputantur, et rerum suarum amissione damnantur.

XVI. De extraordinariis sive sordidis muneribus

11.16.1. *IMP. CONSTANTINUS A. AD CATULLINUM PROCONSULEM AFRICAE.* Patrimoniales fundos extraordinariis oneribus vel mediae aut tertiae portionis obsequiis fatigari non convenit, cum eosdem et auri speciem et frumenti plurimum modum constet persolvere, ita ut qui violare statuta temptaverit puniatur. *PROPOSITA VI KAL. SEP. CARTHAGINE CONSTANTINO A. V ET LICINIO CONSS.* (319 [?] Aug. 27).

11.16.2. *IDEM A. AD ULPIUM FLAVIANUM CONSULAREM AEMILIAE ET LIGURIAE.* Ab extraordinariis omnibus fundi patrimoniales adque Emphyteuticarii per Italiam nostram constituti habeantur immunes, ut canonica tantum et consueta dependant ad similitudinem per Africam possessorum. *DAT. XII KAL. IUN., LECTA APUT ACTA SEVERO ET RUFINO CONSS.* (323 Mai. 21).

11.16.3. *IDEM A. AD EDICTUM CALCHEDONIENSIVM ET MACEDONIENSIVM.* Quotienscumque aliquam

последней крайности поселянина, который за его же, производимые собственными вилами труды окажется вознагражден тем, что потеряет собственное, пусть такие лица подвергнутся жестокому наказанию. Однако строгому осуждению пусть подвергнутся и те, кто принуждает посессоров приносить себе подарки и оказывать услуги или не отвергают приносимое. *30 сентября 363? 370? 373?*

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Если кто-нибудь из тех, кто связан с ректорами провинций, или служат военными, или кто занят на какой-либо императорской должности, или занятый каким-либо общественным делом окажется жестоким и станет налагать на поселянина под предлогом какой-нибудь необходимости обязанности как на рабов своего права или станет переводить его раба или быка для своих работ, или установит подарки или выполнение каких-либо повинностей, или не откажется от принесенного, доведя поселянина до последней крайности и утраты его имущества, пусть подвергнется наказанию.

16. Об экстраординарных или низких повинностях

XI.16.1¹³. *ИМП. КОНСТАНТИН ПРОКОНСУЛУ АФРИКИ КАТУЛЛИАНУ.* Не следует беспокоить патримониальные имения экстраординарными тяготами, ни половиной, ни третьей частью обязанностей, независимо от того, будет ли постановлено выплачивать их в виде золота или значительного количества хлеба, так что, тот, кто попытается нарушить установленное, пусть будет наказан. *27 августа 319 (?)*

XI.16.2. *ИМП. КОНСТАНТИН КОНСУЛЯРУ ЭМИЛИИ И ЛИГУРИИ УЛЬПИЮ ФЛАВИАНУ.* Пусть патримониальные и эмфитевтекарные имения в нашей Италии будут освобождены от всех экстраординарных установлений, чтобы регулярные и привычные податные нормы зависели только от размера подобных у посессоров Африки. *21 мая 323*

XI.16.3. *ИМП. КОНСТАНТИН К ЭДИКТУ ХАЛКЕДОНИЯМ И*

¹³ XI. 16. 1 = Кодекс Юстиниана. XI. 65. 2.

adscriptio fieri necesse est, rectorum consilii et dispositione uniuscuiusque civitatis fiat adscriptio, ne libidini et commodo potiorum multitudo mediocrium subiecta gravibus et iniquissimis adficiatur iniuriis. *ACCEPTA VIII KAL. MAI. CRISPO III ET CONSTANTINO III AA. CONSS.* (324 Apr. 24).

11.16.4. *IDEM A. AD AEMILIANUM PRAEFECTUM PRAETORIO.*

Extraordinariorum munerum distributio non est principalibus committenda, ideoque rectores provinciarum monendi sunt, ut eam distributionem ipsi celebrent manuque propria perscribant adque incauto nomina adnectant, ea forma servata, ut primo a potioribus, dein a mediocribus adque infimis quae sunt danda praestentur. Neque umquam sationibus vel colligendis frugibus insistens agricola ad extraordinaria onera trahatur, cum providentiae sit opportuno tempore his necessitatibus satisfacere. Quae res neglecta vicariorum tuorum verecundiam tangit, ad rectorum autem officiorum capita venietur. Manu autem sua rectores scribere debent, quid opus sit et in qua necessitate per singula capita vel quantae angariae vel quantae operae vel quae aut in quanto modo praebendae sint, ut recognovisse se scribant, exactionis praedicto ordine inter ditiores mediocres atque infimos observando. *LECTA VII ID. MAI. ROMAE IANUARINO ET IUSTO CONSS.* (328 MAI. 9).

11.16.5. *IMP. CONSTANTIVS A. AD ITALICUM.* Privatas res nostras ab universis muneribus sordidis placet esse immunes neque earum conductores nec colonos ad sordida vel extraordinaria munera vel superindictiones aliquas conveniri. et cetera. *DAT. VIII KAL. FEB. BONONIAE PLACIDO ET ROMULO CONSS.* (343 Ian. 25).

11.16.9. *IDEM A. ET CAES. AD TAURUM PRAEFECTUM PAETORIO.* Exemplo Africae debent fundi patrimoniales et emphyteutici per Italiam constituti ab extraordinariis omnibus excusari. Non enim per Italiam tantum, sed etiam per urbicarias regiones et Siciliam patrimonialium et emphyteuticorum fundorum vires servandas esse perspeximus. *PROPOSITA ROMAE VII KAL. MART. EUSEBIO ET HYPATIO CONSS.* (359 Febr. 23).

11.16.12. *IMPPP. GRATIANUS,*

МАКЕДОНИЯМ. Необходимо, чтобы всякий раз как производится какая-либо адскрипция пусть адскрипция осуществляется с согласия ректоров и по распоряжению какой-либо городской общины, чтобы желанию и удобству лучших из простых людей не было причинено тяжелых и несправедливых беззаконий. 24 апреля 324

XI.16.4¹⁴. *ИМП. КОНСТАНТИН ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ЭМИЛИАНУ.*

Распределение экстраординарных повинностей принципалами не допускается и поэтому пусть будут предупреждены ректоры провинций, чтобы сами осуществляли это распределение и собственной рукой расписывали и подписывали имя пурпурными чернилами, соблюдая такую форму, чтобы то, что будет дано, сначала предоставлялось лучшими, затем простыми и незначительными. И чтобы никогда не привлекался для экстраординарной тяготы земледелец, усердно занимающийся севом или сбором урожая, поскольку предусмотрительность диктует удовлетворять эти потребности в подходящее время. Тот из твоих викариев, кто будет добиваться почести вопреки этому, пусть будет наказан ректором администрации. Ректоры же должны своей рукой написать, в чем состоит дело и каково жалование и в каком его размер за работу для каждого лица или за почтово-транспортные повинности. Чтобы не забыть, пусть напишут, соблюдая указанный порядок, об обложении среди богатых, простых и незначительных. 9 мая 328

XI.16.5¹⁵. *ИМП. КОНСТАНЦИЙ ИТАЛИКУ.* Следует, чтобы наши частные имена были освобождены от всех низких повинностей и чтобы ни их кондукторы, ни колоны не привлекались к низким или экстраординарным повинностям или каким-либо добавочным налогам. 25 января 343

XI.16.9. *ИМП. КОНСТАНЦИЙ И КОНСТАНТ И ЦЕЗАРЬ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ТАВРУ.* Учрежденные в Италии по примеру Африки патримониальные и эмфитевтические имена должны быть освобождены от всего экстраординарного. Мы убеждены, что не только в Италии, но также в относящихся к городам районам Сицилии силы патримониальных и эмфитевтических имений должны быть охраняемы. 23 февраля 359

¹⁴ XI. 16. 4 = Кодекс Юстиниана. XI. 48. 1.

¹⁵ XI. 16. 5 = Кодекс Юстиниана. XI. 75. 1.

VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AAA. AD THEODORUM COMITEM RERUM PRIVATARUM. Ad virum clarissimum et illustrem praefectum praetorio Italiae scripta porreximus, ut ab actoribus et conductoribus patrimonii nostri atque ab his, qui iure perpetuo possederunt, extraordinarii muneris cessaret iniuria neque suburbicariis partibus tironum immineret exactio. Sane praestantia tua providere debebit, quatenus frumenti et equorum maturetur exactio. *DAT. XV KAL. APRIL. TREVIRIS GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.* (380 Mart. 18).

XVII. De equorum collatione

11.17.1. *IMPP. VALENTINIANUS ET VALENS AA. ALEXANDRINO COMITI RERUM PRIVATARUM.* Viceni et terni solidi per singulos equos, qui a colonis atque ab obnoxiiis exiguntur, ipsi magis iugiter, quam fraude procuratorum nostrorum equi, offerantur. *DAT. III KAL. IUN. MARCIANOPOLI LUPICINO ET IOVINO CONSS.* (367 Mai. 30).

XXIII. De patrociniis vicorum

11.24.1. *IMP. CONSTANTIUS A. ET IULIANUS CAES. HELPIDIO.* Colonorum multitudinem indicasti per Aegyptum constitutorum ad eorum sese, qui variis Honoribus fulciuntur, ducum etiam patrocinia contulisse. Universos itaque, quos tantum sibi claruerit temeritatis adsumere, ut praebeant latebram et defensione repromissa aditum implendae devotionis obclaudant, iubemus urgeri, ut debita, quaecumque vicani, quorum consortio recesserunt, e propriis facultatibus fisci doceantur commodis intulisse, idem cogantur expendere. Eos quoque, quos in defensionem suam videntur suscepisse, ab eorum patrociniis facias separari. *DAT. PRID. NON. FEB. CONSTANTINOPOLI CONSTANTIO A. X ET IULIANO CAES. III CONSS.* (360 Febr. 4).

11.24.2. *IMPPP. VALENTINIANUS, VALENS ET GRATIANUS AAA.* Ad Auxonium praefectum praetorio. Abstineant patrociniis agricolae subiugandi supplicio, si talia sibimet adiumenta commentis audacibus conquisierint. Ii vero, qui propria patrocinia largiuntur, per singulos fundos, quotiens repperit fuerint, viginti et quinque auri libras dare debeant et non quantum patroni suscipere conserant, sed dimidium eius fiscus adsumat. *DAT. PRID. ID. NOVEMB. MARCIANOPOLI VALENTINIANO ET*

XI.16.12. IMP. GRACIAN, VALENTINIАН И ФЕОДОСИЙ КОМИТУ ЧАСТНЫХ ВЛАДЕНИЙ ФЕОДОРУ. Мы дали предписание светлейшему и блистательному мужу префекту претория Италии, чтобы он освободил от незаконных экстраординарных повинностей акторов и кондукторов нашего патримония, а также тех, которые владеют по вечному праву, и чтобы не уменьшал набор новобранцев относящимся и городам районам. Разумеется, твое превосходительство должен будет предусмотреть, насколько долго будет осуществляться сбор продовольствия и лошадей. *18 марта 380*

17. О поставке лошадей

XI.17.1. *IMPP. VALENTINIАН И ВАЛЕНТ КОМИТУ ЧАСТНЫХ ВЛАДЕНИЙ АЛЕКСАНДРИНУ.* Пусть лучше они сами сразу выплатят по 23 солида за каждую лошадь, которые требуются с полонивших и зависимых, чем выставлять лошадь в убыток нашим прокураторам. *30 мая 367*

24. О патроциниях над селами

XI.24.1. *IMPP. КОНСТАНЦИЙ И ЦЕЗАРЬ ЮЛИАН ГЕЛЬПИДИЮ.* Ты указал, что в Египте множество колонов, поселившихся у тех, которые облечены разными почетными должностями, и что дук содействует патроциниям. Поэтому в отношении кого выяснится, что они позволили себе столько безрассудства, что предоставляли убежище и обещанием защиты сдерживали приход достойного возмездия, мы приказываем, чтобы все они были принуждены выплатить то, что задолжали сельские жители, от связи с которыми они отлучаются, полностью внести фиску из собственных средств. Тех же, но, как онажется, они приняли под свою защиту, сделай, чтобы освободить от их патроциния. *4 февраля 360*

XI.24.2. *IMPP. VALENTINIАН, ВАЛЕНТ И GRACIAN ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ АВКСОНИЮ.* Пусть земледельцы будут удержаны от патроциниев страхом наказания, если дерзкими уловками они станут повсюду разыскивать такую помощь. Те же, которые предоставляют собственные патроцинии, пусть будут обязаны дать по 25 фунтов золота за каждое имение, сколько бы их ни было возвращено, и они должны будут

VALENTE III AA. CONSS. (370 [368?] Nov. 12).

11.24.3. *IMPP. ARCADIUS ET HONORIUS AA. HERACLIANO COMITI AEGYPTI.* Quicumque ex officio tuo vel ex suum quocumque hominum ordine vicos in detecti fuerint patrociniū suscepisse, constitutas luent poenas. Possessores autem competenter coerciti etiam inviti statutis imperialibus oboedire et muneribus publicis satisfacere cogantur. Quoscumque autem vicos aut defensionis potentia aut multitudine sua fretos publicis muneribus constiterit obviare, ultioni, quam ratio ipsa dictabit, conveniet subiugari. *DAT. PRID. KAL. OCTOB. OLYBRIO ET PROBINO CONSS.* (395 Sept. 30).

11.24.4. *IDEM AA. EUTYCHIANO PRAEFECTO PRAETORIO.* Censemus, ut, qui rusticis patrociniā praebere temptaverit, cuiuslibet ille fuerit dignitatis, sive magistri utriusque militiae sive comitis sive ex proconsulibus vel vicariis vel augustalibus vel tribunis sive ex ordine curiali vel cuiuslibet alterius dignitatis, quadraginta librarum auri se sciat dispendium pro singulorum fundorum praebito patrociniō subiturum, nisi ab hac postea temeritate discesserit. Omnes ergo sciant non modo eos memorata multa feriendos, qui clientelam susceperint rusticorum, sed eos quoque, qui fraudandorum tributorum causa ad patrociniā solita fraude confugerint, duplum definitae multae dispendium subituros. *DAT. VI ID. MART. CONSTANTINOPOLI THEODORO V. C. CONS.* (399 Mart. 10).

11.24.5. *IDEM AA. EUTYCHIANO PRAEFECTO PRAETORIO.* Excellentia tua his legibus, quae de prohibendis patrociniis aliorum principum nomine promulgatae sunt, severiorem poenam nos addidisse cognoscat, scilicet ut, si quis agricolis vel vicanis propria possidentibus patrociniū reppertus fuerit ministrare, propriis facultatibus exuatur, his quoque agricolis terrarum suarum dispendio feriendis, qui ad patrociniā quaesita confugerint. *DAT. VIII KAL.*

принять за правило не все вносить патрону, но половину этого пусть получает фиск. 12 ноября 370 (368?)

XI.24.3. *ИМП. АРКАДИЙ И ГОНОРИЙ КОМИТУ ЕГИПТА ГЕРАКЛЕАНУ.* Те из твоего ведомства либо из какого-либо сословия людей, которые будут уличены в том, что принимают села в евой патроциний, пусть понесут установленное наказание. Посессоры же, соответствующим образом приведенные к повиновению, пусть даже против воли будут принуждены повиноваться императорским постановлениям и выполнять государственные повинности. Следует, чтобы какие бы то ни были села, которые как станет известно, либо полагаясь на могущество защиты, либо на свою многочисленность, сопротивляются государственным повинностям, подвергались наказанию, которое предпишет сам разум. 30 сентября 395

XI.24.4. *ИМП. АРКАДИЙ И ГОНОРИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ЕВТИХИАНУ.* Мы устанавливаем, чтобы знал тот, кто будет пытаться предоставить патроцинии сельским жителям, какого бы он ни был достоинства, или магистром обоих родов войск, или комитом, или из проконсулов, либо викариев, либо августалов, либо трибунов, или из сословия куриалов, либо какого-нибудь другого достоинства, что подвергнется штрафу в 40 фунтов золота за каждое из имений, принятых под предоставленный патроциний, если впоследствии не откажется от этого безрассудства. Итак пусть знают все, что не только те, кто станет набирать клиентеллу из сельских жителей, будут наказаны упомянутым штрафом, но и те, кто с целью уклониться от податей тайно станут прибегать к ставшим привычными патроциниям, подвергнутся двойному размеру установленного штрафа. 10 марта 399

XI.24.5. *ИМП. АРКАДИЙ И ГОНОРИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ЕВТИХИАНУ.* Пусть узнает твое превосходительство, что и тем законам, которые были изданы от имени других принцев о запрещении патроциниев, мы добавили более строгое наказание, а именно чтобы, если кто-нибудь будет уличен в предоставлении патроциния земледельцам или жителям сел, владеющим собственностью, пусть будет лишен собственного имущества, а те земледельцы, которые станут прибегать и патроцинию по собственной инициативе, пусть будут наказаны

IUN. CONSTANTINOPOLI THEODORO V. C. CONS. (399 Mai. 25).

11.24.6. *IMPP. HONORIUS ET THEODOSIUS AA. AURELIANO PRAEFECTO PRAETORIO.* Valerii, Theodori et Tharsacii examinatio conticiscat, illis dumtaxat sub augustaliano iudicio pulsandis, qui ex caesarii et attici consulatu possessiones sub patrocinio possidere coeperunt. Quos tamen omnes functionibus publicis obsecundare censemus, ut patronorum nomen extinctum penitus iudicetur. Possessiones autem athuc in suo statu constitutae penes priores possessores residebunt, si pro antiquitate census functiones publicas et liturgos, quos homologi coloni praestare noscuntur, pro rata sunt absque dubio cognitari. (1) Metrocomiae vero in publico iure et integro perdurabunt, nec quisquam eas vel aliquid in his possidere temptaverit, nisi qui ante consulatum praefinitum coeperit procul dubio possidere, exceptis convicanis, quibus pensitanda pro fortunae condicione negare non possunt. (2) Et quicumque in ipsis vicis terrulas contra morem fertiles possederunt, pro rata possessionis suae glebam inutilem et collationem eius et munera recusent. (3) Ii sane, qui vicis quibus adscripti sunt derelictis, et qui homologi more gentilicio nuncupantur, ad alios seu vicos seu dominos transierunt, ad sedem desolati ruris constrictis detentatoribus redire cogantur, qui si exsequenda protraxerint, ad functiones eorum teneantur obnoxii et dominis restituant, quae pro his exsoluta constiterit. (4) Et in earum metrocomiarum locum, quas temporis lapsus vel destituit vel viribus vacuavit, ex florentibus aliae subrogentur. (5) Arurae quoque et possessiones, quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta provincialia desideriiis suis vel reliquerunt vel possidere alios permiserunt, penes eos, qui eas excoluerunt et functiones publicas recognoscunt, firmiter perdurabunt, nullam habentibus curialibus copiam repetendi. (6) Quidquid autem

утратой своих земель. 25 мая 399

XI.24.6. *ИМП. ГОНОРИЙ И ФЕОДОСИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ АВРЕЛИАНУ.* Пусть прекратится расследование Валерия, Феодора и Фарсация с тем, чтобы суду Августалиана были отданы только те, которые начали владеть именьями под патронием с консулата Цезаря и Аттика. мы устанавливаем, чтобы все они все же подчинялись государственным обязанностям, что устранил домогательство утратившего законную силу наименования патронов. Именья же, до сих пор находящиеся в прежнем положении, пусть сохраняются у прежних владельцев, если они признают в соответствии со старым цензом и без колебаний государственные обязанности и литургии, которые, как выяснится, предоставляют местные колонны. (1) Метрокомии же пусть целиком останутся в государственном праве, чтобы никто не пытался овладеть ими либо чем-либо в них, если только не начал, вне сомнения, владеть до указанного консулата, за исключением односельчан, которые не могут отрицать обязанность уплаты податей из-за характера (своего) положения. (2) И те, кто будут владеть в самих селах против обыкновения плодородными землишками, пусть отвергают негодную землю и взносы и повинности с нее, (предлагаемые) пропорционально их владению. (3) Однако те, которые покинули села, и которым были приписаны, и которые в соответствии со свойством происхождения именуются местными, (но) перешли в другие либо села, либо к господам, пусть схваченные укрывающими их будут принуждены возвратиться к месту жительства в оставленной деревне. Но если промедлят с их розыском, пусть они будут удержаны прикреплением к их обязанностям и возместят господам то, что окажется выплачено за них. (4) И вместо тех метрокомий, которые бег времени или опустошил, или лишил мужчин, пусть будут предложены другие из процветающих. (5) Аруры же и именья, которые в соответствии с соглашением, опубликованным в провинциальных актах, куриалы по своему желанию или оставили, или позволили владеть другим, пусть прочно останутся в руках тех, кто их обрабатывает и признает государственные повинности, и он ничего не должен возвращать имеющим средства куриалам. (6) Если же обнаружится,

in tempus usque dispositionis habitae a viro illustri decessore sublimitatis tuae ecclesiae venerabiles, id est Constantinopolitana atque Alexandrina possedisse deteguntur, id pro intuitu religionis ab his praecipimus firmiter retineri, sub ea videlicet sorte, ut in futurum functiones omnes, quas metropolim debent et publici vici pro antiquae capitationis professione debent, sciant procul dubio subeundas. (7) Nequaquam cefalaeotis, irenarchis, logografis chomatium et ceteris liturgis sub quolibet patrocini nomine publicis functionibus denegatis, nisi quid ex his quae exigenda sunt vel negligentia vel contemptus distulerit. (8) Metrocomias possidere nostro beneficio meruerunt, et publicos vicos committere compellantur. *DAT. III NON. DECEMB. HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.* (415 Dec. 3).

XXVIII. De indulgentiis debitorum

11.28.4. *IDEM AA. THEODORO PRAEFECTO PRAETORIO.* Ab omni intra Italiam iugatione, quam munere annonariae functionis absolvimus, etiam glebalem pensionem iubet serenitas nostra removeri. *DAT. ID. SEPT. MEDIOLANO BASSO ET PHILIPPO CONSS.* (408 Sept. 13).

11.28.12. *IDEM AA. PALLADIO PRAEFECTO PRAETORIO.* Praeter censuales functiones Campania, quam et vetustatis gravior onerat adscriptio et post hostium vastavit incursio, peraequatis territoriis nonam partem tantummodo praeteriti assis publicarum toleret functionum. Picenum vero et tusciam suburbicarias regiones septimam tributorum ad supputationem professionis antiquae per universos titulos iubemus agnoscere, ut reciso antiqui census onere is tantum modus, quem superius comprehendimus, chartis publicis inseratur, hac condicione, ut omnis super desertorum nomine querella in posterum conquiescat. *DAT. XVII KAL. DEC. RAVENNAE HONORIO XII ET THEODOSIO VIII AA. CONSS.* (418 Nov. 15).

что в период, предшествующий правлению предшественника твоего высочества по должности, что-то оказалось во владении таких уважаемых церковей как Константинопольская или Александрийская, из уважения к религии предписываем, чтобы они прочно удерживали это, разумеется, на том условии, чтобы впредь без колебаний приняли к исполнению все повинности, которые будут должны метрокомии, и то, что будут должны государственные села по старой раскладке подушной подати. (7) Кефалеоты, иренархи, надсмотрщики плотин и другие литурги не должны под предлогом какого-либо патроциния отказываться от выполнения общественных обязанностей, за исключением тех из них, которые будут отсутствовать или кому будет дана поблажка из-за нерадивости или из жалости. (8) Тех, кто по нашей милости получил во владение метрокомии, следует обязать присоединить и государственные села. *3 декабря 415*

28. О налоговых льготах должников

XI.28.4. *ИМП. АРКАДИЙ И ГОНОРИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ТЕОДОРУ.* Мы освобождаем в Италии от всего, относящегося к поземельному обложению, как от выполнения связанных с анноной обязанностей, так и наша светлость приказывает устранить поземельный налог. *13 сентября 408*

XI.28.12. *ИМП. АРКАДИЙ И ГОНОРИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ПАЛЛАДИУ* Помимо разверстаных на девять равных территориальных частей для налогообложения ценовых взносов Кампания, которая и так тяжелее прежнего отягощена приписыванием и к тому же опустошена набегом варваров, платит только невыплаченные в срок деньги общественных взносов. В Пицене же и Тусции мы приказываем признать семь относящихся к городам податных регионов для начисления издревле подаваемых сведений профессиональной принадлежности по всем титулам, чтобы, сократив тот размер тягот древнего ценза, которым мы облагали ранее, вписать в общественные бумаги с той целью, чтобы впредь дать удовлетворение всем жалобам по поводу беглецов. *15 ноября 418*

LIBER XII

Ê Í È Ã Æ 12

I. De decurionibus

12.1.6. *IDEM A. PATROCO.* Nulla praeditos dignitate ad sordida descendere conubia servularum etsi videtur indignum, minime tamen legibus prohibetur; sed neque conubium cum personis potest esse servilibus et ex huiusmodi contubernio servi nascuntur. Praecipimus itaque, ne decuriones in gremia potentissimarum domorum libidine ducente confugiant. Si enim decurio clam actoribus atque procuratoribus nescientibus alienae fuerit servae coniunctus, et mulierem in metallum trudi per sententiam iudicis iubemus et ipsum decurionem in insulam deportari, bonis eius mobilibus et urbanis mancipiis confiscandis, praediis vero et rusticis mancipiis civitati, cuius curialis fuerat, mancipandis, si patria potestate fuerit liberatus nullosque habeat liberos vel parentes vel etiam propinquos, qui secundum legum ordinem ad eius successionem vocantur. Quod si actores vel procuratores loci, in quo flagitium admissum est, fuerunt conscii vel compertum facinus prodere noluerunt, metallo eos convenit implicari. Si vero dominus hoc fieri permisit vel postea cognitum celavit, si quidem in agro id factum est, fundus cum mancipiis et pecoribus ceterisque rebus, quae cultui rustico sustententur, fisci viribus vindicetur; si vero in civitate id factum est, dimidiam bonorum omnium partem praecipimus confiscari, poenam augentes, quoniam intra domesticis parietes scelus admissum est, quod noluit mox cognitum publicare. Igitur si legis latae die repperietur quisquam patrimonium suum alienasse atque in dominum servulae contulisse, ordini liceat diligenter inquirere, ut ita rei publicae civitatis quod de facultatibus supra dicti fuerit deminutum, in pecunia sarciatur. *DAT. KAL. IUL. AQULEIAE CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.* (319 Iul. 1).

12.1.13. *IDEM A. AD EVAGRIUM PRAEFECTUM PRAETORIO.* Quoniam curias

1. О декурionaх

ХП.1.6¹⁶. *ИМП. КОНСТАНТИН ПАТРОКЛУ.* Хотя и кажется недостойным, чтобы кто-то из наделенных достоинством опускался до низкого брака с рабишками, тем не менее это нисколько не запрещается законами; но и с лицами рабского состояния не может быть законного брака, и от такого рода контуберния рождаются рабы. Поэтому мы предписываем, чтобы ведомые похотью декурионы не скрывались в лоно могущественнейших домов. Если же декурион тайно, так что об этом не знали актер или прокуратор, окажется связан с чужой рабыней, приказываем по постановлению судей женщину заковать в железо, а самого декуриона сослать на остров, его движимое имущество и городские рабы должны быть конфискованы, но имения и сельские рабы переданы городской гражданской общине, в которой он был куриалом, если он будет свободен от отцовской власти и у него не окажется детей или родителей или же близких, которые считаются в соответствии с законным порядком его наследниками. Если же окажется, что актеры или прокураторы имения, в котором допущено это бесчестное дело, были осведомлены или не пожелали выдать обнаруженное преступление, их следует заковать в железо. Однако если это разрешил сделать и потом прикрывал обнаруженное господин, если это было совершено на земле, пусть имение с рабами и скотом и прочими вещами, которыми поддерживается сельский образ жизни, силой передается фиску: однако если это совершено в городской общине, предписываем конфисковать половину всего имущества, увеличив наказание, потому что преступление было допущено среди домашних стен и к тому же они не пожелали обнаружить свое знание. Следовательно, если со дня опубликования закона кем-либо будет обнаружено, что его наследственное имение отчуждается, а рабишки передаются императору, пусть будет позволено сословию декурионов тщательно расследовать, чтобы то из вышеуказанных имуществ городской общины, что будет отчуждено государству, было возмещено деньгами. *1 июля 319*

ХП.1.13. *ИМП. КОНСТАНТИН*

¹⁶ XII. 1. 6 = Кодекс Юстиниана. V. 5. 3.

desolari cognovimus his, qui per originem obnoxii sunt, militiam sibi per supplicationem poscentibus et ad legiones vel diversa officia currentibus, iubemus omnes curias admoneri, ut, quos intra xx stipendia in officiis deprehenderint vel originem defugisse vel sprete nominatione militiae se inseruisse, hos ad curiam retrahant et de cetero sciant esse servandum, ut qui derelicta curia militaverit, revocetur ad curiam, non solum si originalis sit, sed et si substantiam muneribus aptam possidens ad militiam confugerit vel beneficio nostro fuerit liberatus. *DAT. XVI KAL. IUN. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.* (326 Mai. 17).

12.1.33. *IDEM AA. RUFINO COMITI ORIENTIS.* Quoniam sublimitas tua suggestit multos declinantes obsequia machinari, ut privilegia rei privatae nostrae colonatus iure sectantes curialium nominationes declinent, sancimus, ut, quicumque ultra xxv iugera privato dominio possidens amplioem ex re privata nostra iugerationis modum cultura et sollicitudine propria gubernaverit, omni privilegiorum vel originis vel cuiuslibet excusationis alterius frustratione submota curiali consortio vindicetur. Illo etiam curiae similiter deputando, qui minus quidem quam xxv iugerorum proprietatem habeat, ex rebus vero nostris vel parvum vel minorem iugerationis modum studio cultionis exercet. Ita ut omni fraude submota si qui venditione simulata praescriptas lege minuat facultates, omne, quod simulata venditione ad alium transtulit, Fisci nostri viribus vindicetur. Quam poenam illi etiam sustinebunt, qui captiosa supplicatione delata speciale rescriptum in fraudem sanctionis extorserint. *DAT. NON. APRIL. ANTIOCHIAE CONSTANTIO III CONSTATE II AA. CONSS.* (342 Apr. 5).

12.1.96. *IDEM AAA. FLORO PRAEFECTO RAETORIO.* Concessum curialibus provinciae Mysiae, ut, si quos e plebe idoneos habent, ad decurionatus munia devocent, ne personae famulantium facultate locupletes onera, pro quibus patrimonialia requiruntur, obscuritate

ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ЕВАГРИУ. Так как мы узнали, что курии покидаются теми, которые связаны происхождением, просящими во время молебствования себе военной службы и стремящимися в легионы или на различные должности, то мы приказываем, чтобы всем куриям было указано, чтобы в курию возвращались те, кто, покинув место происхождения, в течение двадцати лет получал жалование отправляя должность или, отделившись, причислил себя к числу воинов, и впредь пусть знают, что должно сохраняться так, чтобы в курию отзывались не только те, кто будучи местного происхождения покинул курию и находится на военной службе, но и те, кто убежит на военную службу, владея имуществом, прикрепленным к городским обязанностям или будучи освобожден нашим благодеянием. *17 мая 326*

ХІІ.1.33. *ИМП. КОНСТАНЦИЙ И КОНСТАНТ КОМИТУ ВОСТОКА РУФИНУ.* Так как твое высочество доносит, что многие люди, нарушая повиновение, пускаются на уловки, чтобы привилегиями, сопровождающими право колоната наших частных владений, избежать наименования куриалов, мы постановляем, чтобы каждый, владеющий сверх собственных 25 югеров большим числом югеров из нашего имущества, об обработке которых он сам заботится, должен быть присоединен к сообществу куриалов, лишенный всех привилегий или происхождения, или оправдываемых каким-либо другим обманом. Подобным образом к курии должен быть причислен и тот, кто имеет в собственности даже менее 25 югеров, но обрабатывает из наших владений землю равной или немного меньшей площади. Итак, если кто-нибудь путем мнимой продажи уменьшит состояние, предусмотренное вышеописанным законом, чтобы ликвидировать всякий обман, следует силой передать все, что он якобы продал другому лицу, в собственность нашего фиска. Такой мерой пусть будут наказаны также и те, кто мнимым выражением покорности будут добиваться внесения специального рескрипта в ущерб постановлению. *5 апреля 342*

ХІІ.1.96. *ИМП. ГРАЦИАН, ВАЛЕНТИНИАН И ФЕОДОСИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ФЛОРУ* Куриалам провинции Мезия разрешается привлекать к обязанностям декурионов плеев, имеющих значительное имущество, чтобы люди низкого происхождения, но богатые, не избегали

nominis vilioris evadant. (1) In quorum desiderio etiam istud adiectum est, ut originales, qui ad diversa provinciarum officia confugerunt, ex divi Iuliani tempore ad curiales functiones sublata omni ambiguitate retrahantur. *DAT. III NON. MART. CONSTANTINOPOLI MEROBAUDE II ET SATURNINO CONSS.* (383 Mart. 5).

12.1.179. *IDEM AA. SELEUCO PRAEFECTO PRAETORIO.* Post alia: senatusconsulti claudiani auctoritatem firmantes ingenua stirpe creatos, quorum maiores curiae servierunt, civitatibus iussimus redhiberi. Quod non solum de futuris, sed etiam de praeteritis observandum esse censemus. (1) Vacantes quoque et nulla veterum dispositione ullius corporis societati coniunctos curiae atque collegiis singularum urbium volumus subiugari. (2) Eos etiam, qui ad militiae cuiuslibet sacramenta venerunt, conventos propriis volumus inservire muneribus. (3) Ita ut, si quis de reddendis ac iungendis eligendisve curialibus vocem reluctationis obiecerit, quinque librarum auri multa protinus feriat, Fisci nostri compendiis profutura. (4) Servus vero actor sive procurator flammis detur ultricibus, obnoxiiis curialibus nihilominus restitutis. *DAT. XII KAL. FEB. RAVENNAE HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.* (415 Ian. 21).

XVIII. De his, qui condicionem propriam reliquerunt

12.19.1. *IMPP. ARCADIUS ET HONORIUS AA. VINCENTIO PRAEFECTO PRAETORIO GALLIARUM.* Destitutae ministeriis civitates splendorem, quo pridem nituerant, amiserunt: plurimi siquidem collegiati cultum urbium deserentes agrestem vitam secuti in secreta sese et devia contulerunt. Sed talia ingenia huiusmodi auctoritate destruimus, ut, ubicumque terrarum repperiti fuerint, ad officia sua sine ullius nisu exceptionis revocentur. De eorum vero filiis, qui tamen intra hos proxime quadraginta annos docebuntur fuisse suscepti, haec forma servabitur, ut inter civitatem et eos, quorum inquilinas vel colonas vel ancillas duxerint, dividantur, Ita ut in

вследствие неизвестности ничтожного имени тягот, для которых требуется имущество. (1) По их желанию добавляется также и то, чтобы бежавшие со времен божественного Юлиана и различным провинциальным обязанностям лица местного происхождения без какого бы то ни было колебания возвращались к обязанностям куриалов. *5 марта 383*

ХП.1.179. *ИМП. ГОНОРИЙ И ФЕОДОСИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ СЕЛЕВКУ.* После прочего: укрепляя авторитет Клавдиева сенатусконсульта, мы приказываем, чтобы потомство, рожденное свободнорожденной женщиной, предки которой служили курни, возвращалось городским общинам. Мы полагаем, что это должно соблюдаться не только в отношении будущих браков, но даже применительно к уже имевшим место. (1) Мы желаем, чтобы даже независимые и не включенные никаким древним распоряжением в общество какой-либо корпорации привлекались в курии и коллегии отдельных городов. (2) Мы желаем также, чтобы те, кто пробрался на военную службу к каким-либо обязанностям, были отправлены служить своим повинностям. (3) Так что, если кто-нибудь возвысит голос против возвращения, соединения или изъятия куриалов, пусть немедленно подвергается штрафу в пять фунтов золота, составляющих на будущее доход нашему фиску. (4) Раб же актер или прокуратор пусть будет отдан богиням мстительницам пламени, возвращая тем не менее зависимых куриалам. *21 января 415*

19. О тех, которые сохраняют свое положение

ХП.19.1. *ИМП. АРКАДИЙ И ГОНОРИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ГАЛЛИЙ ВИНЦЕНТИЮ.* Лишившись служивших им, города утратили великолепие, которым блистали прежде: поскольку многие коллегиаты, оставившие заботу о городе, тайно и используя окольные пути обратились к сельской жизни. Но их изобретательность мы разрушим мерой такого рода, в соответствии с которой в каких бы землях они ни были обнаружены пусть будут без какого бы то ни было исключения возвращены к своим обязанностям. В отношении их сыновей, которые родились у них, как окажется, в ближайшие сорок лет, пусть установится такое правило, в соответствии с которым пусть они

ulteriore gradum missa successio nullam calumniam perhorrescat. Et cetera. *DAT. III KAL. IUL. MEDIOLANO STILICHONE ET AURELIANO VV. CC. CONSS.* (400 Iun. 29).

12.19.2. *IDEM AA. VINCENTIO PRAEFECTO PRAETORIO GALLIARUM.* Actiones publicas privatasque non eadem ratione concludimus, si quidem statui publico impensius providendum est. Eum igitur, qui curiae vel collegio vel burgis ceterisque corporibus intra eandem provinciam per xxx annos; in alia xl sine interpellatione servierit, neque res dominica neque actio privata continget, si colonatus quis aut inquilinatus quaestionem movere temptaverit. Et cetera. *DAT. III KAL. IUL. MEDIOLANO STILICHONE ET AURELIANO CONSS.* (400 Iun. 29).

12.19.3. *IDEM AA. VINCENTIO PRAEFECTO PRAETORIO GALLIARUM.* Post alia: manente hoc praecepto mansuetudinis nostrae, ut is, qui xxx annis docebitur functus officiis neque ulla umquam interpellatione pulsatus, intra eandem dumtaxat provinciam nihil calumniae super statu suo a privato neque a rei dominicae actoribus pertimescat, intra definiti temporis metas si quis docebitur fuisse conventus, iure legitimo in ordinaria sede pulsabitur, ut illic de statu eius sententia proferatur. Primates sane ordinum defensoresque civitatum poenae denuntiatione constringimus, ne passim vagari curiae vel collegii defugas in publica damna patiantur. Quod si per gratiam tacuisse detegentur, poenam relegationis excipiant. *DAT. III KAL. IUL. MEDIOLANO STILICHONE ET AURELIANO CONSS.* (400 Iun. 29).

L I B E R X I I I

I. De lustrali collatione

13.1.3. *IDEM A. AD SENATUM.* Rusticanos colonosque vestros inter negotiatores describi non oportet, scilicet si nequaquam

разделяются между городом и теми, с чьими инквиллинами или колонами или рабынями они вступят в брачную связь, таким образом, чтобы наследство, посланное в последнюю ступень родства, не боялось никакого искажения истины. И прочее. *29 июня 400*

ХП.19.2¹⁷. *ИМП. АРКАДИЙ И ГОНОРИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ГАЛЛИЙ ВИНЦЕНТИУ.* Мы принимаем не одно и то же решение а отношении общественных и частник исков, если к тому же будет необходимо заранее специально позаботиться о благосостоянии общества. Поэтому того, кто прослужит курии или коллегии, или бургу и прочим сообществам в одной провинции тридцать лет, а в разные сорок лет без перерыва, не следует беспокоить по поводу претензий ни со стороны императорского имени, ни частного, если кто-нибудь попытается поставить вопрос о колонате или инквиллинитете. И прочее. *29 июня 400*

ХП.19.3. *ИМП. АРКАДИЙ И ГОНОРИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ГАЛЛИЙ ВИНЦЕНТИУ.* После прочего: В соответствии с тем предписанием нашей милости, согласно которому тот, кто, как будет сообщено, нес обязанности ведомства в течение тридцати лет без какого бы то ни было перерыва, не должен опасаться по крайней мере внутри одной провинции претензий относительно своего статуса ни от частного лица, ни от акторов императорского имущества, если будет сообщено, что он был обнаружен в течение указанных пределов времени, пусть на законном праве будет изгнан в обычное место жительства, чтобы там было представлено свидетельство о его статусе. Однако предупреждая о наказании, мы обязываем первых лиц сословия и дефенсоров городских общин, чтобы не позволяли беглецам из курии или коллегии шататься повсюду в ущерб обществу. Если кто-нибудь станет укрывать их, умолчав за вознаграждение, пусть будет наказан ссылкой. *29 июня 400*

Ê Í È Ã À 13

1. О сборе подати

ХП.1.3. *ИМП. КОНСТАНЦИЙ И ЮЛИАН ЦЕЗАРЬ СЕНАТУ.* Не следует, чтобы сельские жители и ваши колоны записывались

¹⁷ ХП. 19. 2 = Кодекс Юстиниана. XI. 66. 6.

exercerent negotiationis industrias, siquidem in eo negotiationem et mercimonia non oporteat aestimari, si ea homines vestri ac rusticani etiam in vestris possessionibus commorantes distrahant, quae in his terris quas incolunt adque in eodem rure gignuntur. *DAT. V NON. MAI. TAURO ET FLORENTIO CONSS.* (361 Mai. 3).

13.1.8. *IMPPP. VALENTINIANUS, VALENS ET GRATIANUS AAA. AD CLAUDIUM PROCONSULEM AFRICAE.* Hi tantum ad auri argentique detineantur oblationem merces emendo adque vendendo commutantes, qui in exercitio tabernarum usuque versantur, non etiam coloni rei nostrae, qui ea distrahant, quae in domiciliis possessionibus annus tulerit. *DAT. VI KAL. MAI. TREVIRIS VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS.* (370 apr. 26).

13.1.10. *IMPPP. VALENTINIANUS, VALENS ET GRATIANUS AAA. AD ITALICUM VICARIUM ITALIAE.* Colonos rei privatae vel ceteros rusticanos pro speciebus, quae in eorum agris gigni solent, inquietari non oportet. Eos etiam, qui manu victum rimantur aut tolerant, figulos videlicet aut fabros, alienos esse a praestationis eius molestia decernimus, ut hi tantum, qui pro mercimonio et substantia mercis ex rusticana plebe inter negotiatores sunt, sortem negotiationis agnoscant, quos in exercendis agris ingenitum iam pridem studium non retinet, sed mercandis distrahendisque rebus institutum vitae et voluntatis implicuit. *DAT. NON. FEB. MEDIOLANO GRATIANO III ET EQUITIO V. C. CONSS.* (374 Febr. 5).

X. De censu sive adscriptione

13.10.3. *IMP. CONSTANTIUS A. AD DULCITIUM CONSULAREM AEMILIAE.* Si quis praedium vendere voluerit vel donare, retinere sibi transferendos ad alia loca colonos privata pactione non possit. Qui enim colonos utiles credunt, aut cum praediis eos tenere debent aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi sibi praedia prodesse desperant. *DAT. III KAL. MAI. MEDIOLANO CONSTANTIO A VIII IULIANO CAES CONSS.* (357 Mai. 30).

XI. De censoribus, peraequatoribus et inspectoribus

13.11.3. *IDEM AAA. CYNEGIO PRAEFECTO PRAETORIO.* Si peraequatore misso aliquis aut procuratorem suum retraxerit aut colonum ad contumaciam retractionis

среди торговцев, если, конечно, они не занимаются никакими торговыми делами, поскольку не следует считать торговлей и товарами то, если ваши люди и к тому же сельские жители, оставаясь в пределах ваших имений, продают то, что добывается в тех землях, которые они обрабатывают, и даже в том же хозяйстве. 3 мая 361

XIII.1.8. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН, ВАЛЕНТ И ГРАЦИАН ПРОКОНСУЛУ АФРИКИ КЛАВДИЮ.* Только те привлекаются к взносу платы золотом и серебром, кто, занимаясь куплей и продажей, постоянно пользуется для этого тавернами, но отнюдь не колонны наших имений, которые распродают то, что в течение года добывают в императорских имениях. 26 апреля 370

XIII.1.10. *ИМП. ВАЛЕНТИНИАН, ВАЛЕНТ И ГОАЦИАН ВИКАРИЮ ИТАЛИИ ИТАЛИКУ.* Колонов частных владений и прочих сельчан не следует беспокоить относительно культур, которые обычно произрастают в их полях. Тем же, которые отыскивают удачу руками за плату, мы разрешаем, разумеется из сострадания к их трудностям, быть гончарами или другими ремесленниками. Судьбу торговцев пусть получают только те из сельского плебса, кто из-за товара и склонности к торговле оказались среди торговцев, у кого уже давно не сохранилось прирожденного стремления к обработке полей, но частью их жизни и помыслов стала продажа и распределение вещей. 5 февраля 374

10. О цензе или адскрипции

XIII.10.3¹⁸. *ИМП. КОНСТАНЦИЙ КОНСУЛЯРУ ЭМИЛИИ ДУЛЬЦИЦИЮ.* Если кто-нибудь решит продать или подарить имение, он не может по частному соглашению удерживать у себя колонов для перевода их в другие места. Те же, кто считает колонов полезными, должны или держать их вместе с имениями, или оставить на пользу другим, если не надеются, что имения принесут им пользу. 30 мая 357

11. Об оценщиках податей, распределителях налогов и податных инспекторах

XIII.11.3¹⁹. *ИМП. ГРАЦИАН, ВАЛЕНТИНИАН, ФЕОДОСИЙ И АББАТИЙ*

¹⁸ XIII. 10. 3 = Кодекс Юстиниана. XI. 48. 2.

¹⁹ XIII. 11. 3 = Кодекс Юстиниана. XI. 58. 3.

armaverit, ad eum censuum modum, quem vel eo vel procuratore illius absente peraequator adposuerit, ad nostrae sanctionis auctoritatem tenebitur. *DAT. VI KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI HONORIO N. P. ET EVODIO CONSS.* (386 Mart. 27).

ВАЛЕНТИНИАН, ФЕОДОСИЙ И АРКАДИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ЦИНЕГИЮ. Если кто-либо, когда к нему был послан распределитель налогов, оказал сопротивление, удерживая своего прокуратора, либо вооружив колона, пусть авторитетом нашего постановления ему буден установлен тот размер ценза, который во время его или его прокуратора отсутствия установил распределитель налогов.

L I B E R X I V

Ê Í È Ã À 1 4

VII. De collegiatis

14.7.1 [=Brev.14.1.1]. *IMPP. ARCAD. ET HONOR. AA. GRACHO CONSULARI CAMPANIAE.* De retrahendis collegiis vel collegiatis iudices competentes dabunt operam, ut ad proprias civitates eos, qui longius abierunt, retrahi iubeant cum omnibus, quae eorum erunt, ne desiderio rerum suarum loco originario non valeant attineri. De quorum agnatione haec forma servabitur, ut, ubi non est aequale coniugium, matrem sequatur agnatio, ubi vero iustum erit, patri cedat ingenua successio. *DAT. IX. KAL. IUN. MEDIOLANO, CAESARIO ET ATTICO COSS.*

INTERPRETATIO. Collegiati, si de civitatibus suis forte discesserint, ad civitatis suae officia cum rebus suis vel ad loca, unde discesserunt, revocentur: de quorum filiis haec servanda condicio est, ut, si de colona vel ancilla nascuntur, matrem sequatur agnatio; si vero de ingenua et collegiato, collegiati nascuntur.

XVIII. De mendicantibus non invalidis

14.18.1. *IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AAA. AD SEVERUM PRAEFECTUM URBI.* Cunctis adfatim. quos in publicum quaestum incepta mendicitas vocabit, inspectis exploretur in singulis et integritas corporum et robur annorum, adque ea inertibus et absque ulla debilitate miserandis necessitas inferatur. Ut eorum

7. О коллегиятах

XIV.7.1²⁰. *ИМП. АРКАДИЙ И ГОНОРИЙ КОНСУЛЯРУ КАМПАНИИ ТРАКХУ.* Пусть компетентные судьи приложат усилия для возвращения коллегиятов коллегиям и пусть приказывают тем, кто длительное время отсутствовал, возвращаться в свои города со всем им принадлежащим, чтобы печалью о своих вещах они не могли отвращаться от родного места. Относительно их родства пусть установится такой порядок, чтобы там, где не будет равного брака, наследовалось материнское родство, а где он будет законным, пусть свободнорожденная женщина уступит наследованию по отцу. 24 мая 397

ИНТЕРПРЕТАЦИЯ. Если коллегияты убегут из своих городских общин, пусть они возвращаются вместе со своим имуществом к своим обязанностям в пользу города или в место, откуда они бежали: для их детей пусть установится такое положение, что если они рождены от колони или рабыни, пусть наследуют материнское родство, а если от свободнорожденной и коллегията, то пусть рождаются коллегиятами.

18. О нищенствующих, не являющихся инвалидами

XIV.18.1²¹. *ИМП. ГРАЦИАН, ВАЛЕНТИНИАН И ФЕОДОСИЙ ПРЕФЕКТУ ГОРОДА СЕВЕРУ.* После тщательного расследования по поводу всех тех, на кого в государственные органы поступит жалоба, обвиняющая в нищенстве, пусть будет рассмотрено телесное здоровье и сила возраста каждого и негодным по этим показателям и вследствие такой слабости достойным сожаления пусть предоставляется такое

²⁰ XIV. 7. 1 = Бревиарий Алариха. XIV. 1. 1.

²¹ XIV. 18. 1 = Кодекс Юстиниана. XI. 26. 1.

miserandis necessitas inferatur, Ut eorum quidem, quos tenet condicio servilis, proditor studiosus et diligens dominium consequatur, eorum vero, quos natalium sola libertas prosequatur, colonatu perpetuo fulciatur quisquis huiusmodi lenitudinem prodiderit ac probaverit, salva dominis actione in eos, qui vel latebram forte fugitivis vel mendicitatis subeundae consilium praestiterunt. *DAT. XII KAL. IUL. PATAVI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.* (382 Iun. 20).

LIBER XVI

II. De episcopis, ecclesiis et clericis

16.2.33. *IDEM AA. EUTYCHIANO PRAEFECTO PRAETORIO.* Ecclesiis, quae in possessionibus, ut adsolet, diversorum, vicis etiam vel quibuslibet locis sunt constitutae, clerici non ex alia possessione vel vico, sed ex eo, ubi ecclesiam esse constiterit, eatenus ordinentur, ut propriae capitationis onus ac sarcinam recognoscant, ita ut pro magnitudine vel celebritate uniuscuiusque vici ecclesiis certus iudicio episcopi clericorum numerus ordinetur. *DAT. VI KAL. AUG. MNIZO HONORIO A. III ET EUTYCHIANO CONSS.* (398 Iul. 27).

V. De haereticis

16.5.52. *IDEM AA. SELEUCO PRAEFECTO PRAETORIO.* Cassatis, quae pragmaticis vel adnotatione manus nostrae potuerint impetrari, et manentibus his, quae iam dudum super hoc definita sunt, et veterum principum sanctione servata, nisi ex die prolatae legis omnes donatistae, tam sacerdotes quam clerici laicique, catholicae se, a qua sacrilege descivere, reddiderint, tunc illustres singillatim poenae nomine fisco nostro auri pondo quinquaginta cogantur inferre, spectabiles auri pondo quadraginta, senatores auri pondo triginta, clarissimi auri pondo viginti, sacerdotales auri pondo triginta, principales auri pondo viginti, decuriones auri pondo quinque, negotiatores auri pondo quinque, plebei auri pondo quinque,

решение, чтобы того из них, кого держит рабское положение, получил в собственность старательный и усердный доносчик, а тот, кто по рождению будет удостоен одной только свободой, пусть будет поддержан вечным колонатом. Те, кто проявит и докажет такую мягкость, пусть будут свободны от иска, который дается господами в отношении тех, кто или предоставляет убежище беглым, или совет нищенствующим. *20 июня 382*

Ê Í È Æ Æ 16

2. О епископах, церквях и клириках

XVI.2.33²². *ИМП. АРКАДИЙ И ГОНОРИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ ЕВТИХИАНУ.* В церкви, которые как это обычно бывает устроены в имениях различных лиц, а также селах или каких-либо местах, пока пусть назначаются клирики не из другого имения или села, но из того, где будет находиться церковь, так, чтобы число клириков было назначено точным указанием епископа в соответствии с величиной и процветанием церкви каждого села. *27 июля 398*

5. О еретиках

XVI.5.52. *ИМП. ГОНОРИЙ И ФЕОДОСИЙ ПРЕФЕКТУ ПРЕТОРИЯ СЕЛЕВКУ.* Близким к падению, которые могут быть возвращены под нашу власть прагматической санкцией или личным нашим указом, и тем удержавшимся, которые уже давно определились в этом, будучи спасены прежней императорской санкцией: если со дня издания закона все донатисты, как духовенство, так и клирики и лаики²³, не перейдут в католичество, от которого кощунственно удалились, пусть тогда сиятельные поименно в виде наказания будут присуждены внести в наш фиск по 50 фунтов золота, великопленные - 40 фунтов золота, сенаторы - 30 фунтов золота, светлейшие - 20 фунтов золота, духовные лица - 30 фунтов золота, принципалы - 20 фунтов золота, декурионы - 5 фунтов золота, торговцы - 5 фунтов золота, плеbei - 5 бунтов золота,

²² XVI. 2. 33 = Кодекс Юстиниана. I. 3. 11.

²³ Лаики = laici, значение термина неясно: по-видимому, это были земледельцы на церковных территориях, не входившие в клир.

circumcelliones argenti pondo decem. (1) Qui nisi a conductoribus, sub quibus conmanent, vel procuratoribus executori exigenti fuerint praesentati, ipsi teneantur ad poenam, ita ut nec domus nostrae homines ab huiusmodi censura habeantur immunes. (2) Uxores quoque eorum maritalis segregatim multa constringat. (3) Eos enim, quos nequaquam illata damna correxerint, facultatum omnium publicatio subsequetur. (4) Servos etiam dominorum admonitio vel colonos verberum crebrior ictus a prava religione revocabit, ni malunt ipsi ad praedicta dispendia, etiam si sunt catholici, retineri. (5) Clerici vero

ministrique eorum ac perniciosissimi sacerdotes, ablati de africano solo, quod ritu sacrilego polluerunt, in exilium viritim ad singulas quasque regiones sub idonea prosecutione mittantur, ecclesiis eorum vel conventiculis praediisque, si qua in eorum ecclesias haereticorum largitas prava contulit, proprietati potestatique catholicae, sicut iam dudum statuimus, vindicatis. *DAT. III KAL. FEB. RAVENNAE HONORIO VIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.* (412 Ian. 30).

16.5.54. *IDEM AA. IULIANO PROCONSULI AFRICAE.* Donatistas adque haereticos, quos patientia clementiae nostrae nunc usque servavit, competenti constituimus auctoritate percelli, quatenus evidenti praeceptione se agnoscant et instabiles et nullam potestatem alicuius ineundi habere contractus, sed perpetua inustus infamia a coetibus honestis et a conventu publico segregandos. (1) Ea vero loca, in quibus dira superstitio nunc usque servata est, catholicae venerabili ecclesiae socientur, ita ut episcopi presbyteri omnesque antistites eorum et ministri spoliati omnibus facultatibus ad singulas quasque insulas adque provincias exulandi gratia dirigantur. (2) Quisque autem hos fugientes propositam ultionem occultandi causa susceperit, sciat et patrimonium suum fisci nostri compendiis adgregandum et se poenam, quae his proposita est, subiturum. (3) Damna quoque

циркумцеллионы - 10 фунтов серебра. (1) Если кондукторы или прокураторы не представляют по требованию экзактора каких-либо лиц, которые пребывают под их властью, пусть сами подвергаются наказанию, при этом люди нашего дома пусть также не имеют освобождения от наказания такого рода. (2) Жены же пусть подвергаются штрафам отдельно от их мужей. (3) Тем же, кого не исправит никакой наложенный штраф, пусть дополнят его конфискацией всего имущества. (4) Рабов же пусть обратит к истинной религии наказание господ, а колонов наказание розгами, чтобы не склонять их к собственным указанным расходам, а также, если станут католиками, чтобы удерживались. (5) Клирики

же и их служители и доставленные из африканской земли опаснейшие духовные лица, которые оскверняли святотатством священный обряд, пусть будут отправлены в ссылку в разные районы с соответствующим сопровождением. Их церкви или места собраний и имения, если в церквях этих еретиков окажется неправое изобилие, пусть присуждаются, как мы уже ранее постановили, собственности и власти католиков. *30 января 412*

XVI.5.54. *ИМП. ГОНОРИЙ И ФЕОДОСИЙ ПРОКОНСУЛУ АФРИКИ ЮЛИАНУ.* Постановляем, чтобы донатисты и еретики, за которыми наша милость доньше терпеливо наблюдала, были разогнаны соответствующими властями. Согласно яному предписанию пусть они признают себя недостойными быть свидетелями и не имеющими права вступать в какую-либо сделку, но заклеяемыми вечным бесчестьем и отделенными от сообществ достойных и от публичного собрания. (1) Те же места, в которых до сих пор сохраняется дикое суеверие, пусть присоединяются к уважаемым католическим церквям с тем, чтобы епископы, пресвитеры и все их старшины и служители, лишённые всех имуществ, направлялись в изгнание на различные острова и в провинции. (2) Тот же, кто примет их в случае бегства, чтобы скрыть от грозящего им наказания, пусть знает, что его патримоний будет присоединен к доходам нашего фиска, а сам он подвергнет себя наказанию, которое следует тем. (3) Само собой разумеется, мы налагаем штрафы на патримоний и денежные

proposita est, subiturum. (3) Damna quoque patrimonii poenasque pecuniarias evidenter imponimus viris mulieribus, personis singulis et dignitatibus pro qualitate sui quae debeant irrogari. Si igitur proconsulari aut vicariano vel comitivae primi ordinis quisque fuerit honore subcinctus, nisi ad observantiam catholicam mentem propositumque converterit, ducentas argenti libras cogetur exsolvere fisci nostri utilitatibus adgregandas. ac ne id solum putetur ad resecandam intentionem posse sufficere, quotienscumque ad communionem talem accessisse fuerit confutatus, totiens multam exigatur, et si quinquies eundem constiterit nec damnis ab errore revocari, tunc ad nostram clementiam referatur, ut de solida eius substantia ac de statu acerbius iudicemus. (4) Huiusmodi autem condicionibus etiam honoratos reliquos obligamus, scilicet ut senator, qui nullo munitus extrinsecus privilegio dignitatis, inventus in grege donatistarum centum libras solvat argenti, sacerdotales eandem summam cogantur exsolvere, Decem primi curiales quinquaginta libras argenti addicantur, reliqui decuriones x solvant libras argenti, quicumque in haeresi maluerint permanere. (5) Conductores autem domus nostrae si haec in praediis venerabilis substantiae uti permiserint, tantum pensione poenae nomine cogantur inferre, quantum in conductione pensitare consuerunt. Eadem quoque emphyteuticarios auctoritas sacrae definitionis adstringet. (6) Con-

ductores vero privatorum si permiserint in isdem praediis conventicula haberi vel eorum patientia sacrum mysterium fuerit inquinatum, referatur per iudices ad scientiam dominorum, quorum intererit, si poenam volunt sacrae iussionis evadere, aut errantes corrigere aut perseverantes commutare ac tales praediis suis praebere rectores, qui divina praecepta custodiant. Quod si procurare neglexerint, hi quoque in pensiones, quas accipere consuerunt, prolatae praeceptionis

пени по отдельности на каждого из мужчин и женщин, облеченных достоинством в зависимости от его качества, которое должно быть определено. Следовательно, если кто-нибудь будет окружен почетом как проконсул, викарий или комит первого разряда, если он не повернет образ мыслей и намерения к католическим представлениям, пусть присуждается выплатить нашему фиску двести фунтов серебра для использования на благие дела. Для того, чтобы удержать их от такого рода намерений, предполагается, что всякий раз как будет уличен в склонности к этой церковной общности, пусть всякий раз подвергается штрафу, и если пять раз окажется, что и штрафами он не удерживается от ошибки, тогда пусть передается нашей снисходительности, чтобы мы вынесли более точное решение об истинной его сущности и позиции. (4) Всякого, кто предпочтет остаться в ереси, мы облагаем специальными выплатами в соответствии с их положением, а именно, обнаруженный в обществе донатистов сенатор, не защищенный сверх этого никакой почетной привилегией, пусть платит сто фунтов серебра, духовные лица присуждаются выплатить ту же сумму, десять старших куриалов пусть платят пятьдесят бунтов серебра, остальные декурионы пусть платят десять фунтов серебра. (5) Кондукторы же нашего дома, если допустят, чтобы это учение пользовалось почтением в имениях, пусть присуждаются в качестве наказания внести такую сумму, какую они обычно платят за аренду. Волей священного предписания тому же пусть подвергаются и змфитевты. (6) Если же

кондукторы частных лиц допустят, чтобы в их имениях происходили сходки или с их попустительства произойдет порочная сакральная мистерия, пусть это доводится судьями до сведения господ, и которых это произойдет, и если они пожелают избежать наказания, предусмотренного священным предписанием, или исправить заблудших, или изменить упорствующих, пусть допустят в свои имения таких ректоров, которые будут соблюдать предписанные богослужения. Те, кто будет попустительствовать в этом прокуратору, основываясь на авторитете

auctoritate multentur, ut, quod ad compendia eorum pervenire poterat, sacro iungatur aerario. (7) *Officiales autem diversorum iudicum si in hoc errore fuerint deprehensi, ad triginta librarum argenti illationem poenae nomine teneantur, ita ut, si quinquies condemnati abstinere noluerint, Coherciti verberibus exilio mancipentur. (8) servos vero et colonos cohercitis ab huiusmodi ausibus severissima vindicabit. Ac si coloni verberibus coacti in proposito perduraverint, tunc tertia peculii sui parte multentur. (9) Adque omnia, quae ex huiusmodi generibus hominum locisque colligi poterunt, ad largitiones sacras ilico dirigantur. DAT. XV KAL. IUL. RAVENNAE CONSTANTIO ET CONSTATE CONSS. (414 Iun. 17).*

данного постановления, пусть будут оштрафованы на сумму, которую обычно от него получают, чтобы то, что могло пойти в их прибыль, пополнило священный эрарий. (7) Официалы же различных судей, если будут уличены в подобном заблуждении, пусть присуждаются в виде наказания к внесению тридцати фунтов серебра с тем, чтобы, если не подействует пятикратное наложение штрафа, присуждались после наказания розгами к ссылке. (8) Рабов же и колонов за такого рода дерзания пусть присудит к жесточайшему наказанию. И если колоны, наказанные розгами, будут продолжать упорствовать в намерениях, пусть тогда будут оштрафованы со своей стороны на треть пекулия. (9) И все, что смогут собрать с такого рода людей, пусть немедленно направляется в священный императорский фонд раздач и подарков. 17 июня 414